



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CV. Die von Jagow verschreiben dem Kloster zum heil. Geist zu Salzwedel Hebungen aus Rademyn, am 6. Dezember 1364.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

CV. Die von Jagow verschreiben dem Kloster zum heil. Geist zu Salzwedel Gebungen aus Rademyn, am 6. Dezember 1364.

Nos Mathias et Arnoldus fratres dicti de Jaghow Et Mathias famulus de Jaghowe, eorundem militum patruelis, Recognoscimus et tenore presencium publice protestamur, Quod de concensu (sic!) omnium heredum nostrorum, quorum interest seu interesse poterit in futurum in remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum pure propter deum Dedimus et assignauimus Monasterio sancti Spiritus et conuentui Canoniorum Regularium inibi prope muros Soltwedel Viginti duo modios Siliginis annui pactus in villa Rademyn, scilicet in Curia Henneke prytzler vndecim modios siliginis et in curia Heyne Carsteden vndecim modios siliginis, annis singulis percipiendos et perpetue possidendos, sicut nos hactenus habuimus et possedimus hereditate et (sic!) paterna. In cuius rei caritatiuam reconpensam prefati monasterii prepositus et conuentus in Craftino sancti Jacobi apostoli progenitorum nostrorum et nostrarum (sic!), Postquam de medio sublati fuerimus, Memoriam intra claustrum suum sollempniter peragent missis et vigiliis more consweto. Ad dicimus eciam, quod prefatos dominos et eorum monasterium de dictis bonis volumus warandare et ab omni impetitione legitime disbrigare et ea in nostro pheodo conseruare et fideliter defendere, quousque eorum donacionem et proprietatem ab illustri (sic!) principibus dominis nostris Marchionibus ipsis valeamus impetrare nostris laboribus et expensis, quod infra annum uel breuius perficere volumus deo dante, ad quod nos astrinximus et presentibus altringimus bona fide. In quorum omnium euidentiam et testimonium veritatis Sigilla nostra presenti scripto super hiis confecto de nostra certa sciencia sunt appensa. Datum Anno domini M^o. CCC^o. LXIII^o., In die Sancti Nicolay Confessoris.

Aus dem Copiarium des heil. Geist-Klosters zu Salzwedel fol. 75.

CVI. Markgraf Otto bestätigt dem heil. Geist-Kloster zu Salzwedel die Zuwendung der von Jagow, am 20. März 1365.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, Quod nos Otto, dei gracia Marchio Brandenburgensis et Lusacie Sacrique Romani imperii Archicamerarius, Comes palantinus Reni et Bauarie dux, Ob iugem et perhennem memoriam Magnificorum principum Marchionum Brandenburgensium predecessorum nostrorum, nostrarum, heredum et successorum nostrorum animarum, Eciam ad instantem requisicionem strennuorum virorum de yaghowe nostrorum dilectorum appropriauimus et presentibus appropriamus deuoto Collegio Canoniorum Regularium Monasterii Sancti spiritus prope Ciuitatem nostram Soltwedel sito Viginti duos modios siliginis annui pactus in villa Rademyn, de Curia et mansis, quos nunc Henneke prytzler colit et inhabitat, vndecim modios siliginis Et de curia et mansis, quos nunc Heyne Crogher colit et inhabitat, vndecim modios siliginis, Ad predictum monasterium Sancti spiritus perpetuis temporibus iusto proprietatis tytulo quiete